



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117859

§.42. Epistola S. Theodori Studitæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66091)

Sæculum IX. *mum, secundum Canones depositum.* Imperatores erant Nicephorus & filius eius

A. C. 807.

Theoph. an. *Tum Logotheta: Imperatores vestra*
2. p. 405. *Communione non egent nec Thessalonica nec alibi.* Et tunc quidem nihil amplius verborum addiderunt, sed hoc at-

cano Constantinopoli vulgato multi Theodori sententiam amplexi sunt, etiam si id publice profiteri non auderent.

§. XLII.

Epistola S. Theodori Studitæ.

1. ep. 21.

Sanctus Plato, vel potius sub eius nomine S. Theodorus data ad Simeonem Monachum, affinitate Imperatorem contingentem, ipsorum amicum, & tunc ob illud, quod Josephus Archiepiscopus declaraverat, afflictissimum, Epistola rogat, ut mitiget animum Imperatoris, *Cujus nobis, inquit, maxima est veneratio, & cujus Communionem neutiquam fugimus.*

Neocæs. cau. *Contra illum solum pugnamus, qui adulterium approbavit, quem Jesus Christus ipse deposuit per duos, ut alios omit-*

7. Sup. L. X.

§. 17.

Cod. Can.

Afr. can. 79.

tam, Canones. In uno præcipitur, ne Presbyter in nuptiis bigami epuletur (adulteri enim, scribere non est ausus Canon) quanto magis prohibuisset scelestis nuptiis benedicere? In secundo Canone statui-

statuitur, ne depositus ob crimen, nisi id ^{Sæculum IX.}
 intra annum obtineat, amplius recipi ^{A. C. 807.}
 possit. Hic vero ante annos novem de-
 positus est. Hæc sunt, Pater! quæ cor
 nostrum angunt, & timorem incutiunt.
 Hanc ipsam ob causam, quod cum ipso &
 cum Patriarcha defuncto communicare ^{Sup. n. 3.}
 noluerimus, custodiae dati sumus, ego in
 illo loco, in quo jam degis, & Abbas no-
 ster, cæterique Thessalonicae. Nec post
 reditum nostrum Patriarchæ temere re-
 conciliati sumus, sed postquam nos recte
 fecisse fassus est. Si ergo regnante adul-
 terio, per Dei auxilium minime dissimu-
 lavimus, quomodo nunc pio dominante
 Imperatore veritatem prodemus, & ani-
 mas nostras in periculum extremum con-
 jiciemus? Imo omnia & ipsam mortem
 sustinere parati sumus; at cum reo non
 communicabimus. Sit ille, nostra pace,
 æconomus. Sed cur indigne Sacris ope-
 ratur, postquam desit esse Presbyter?
 Huc usque siluimus, dissimulavimus rem,
 ex quo restitutus fuit, per annos duos,
 ne pacem turbare videremur. Et infra:
 Si ei Sacra interdicare non placet, saltem
 liceat nobis manere in eodem statu, in
 quo per decem annos fuimus. Nam de
 ceteris, qui cum ipso communicant E-
 piscopi, Presbyteri, Abbates, etsi innu-
 meri essent, nihil mirandum, quando-
 Hist. Ecclesiast. Tom. X. X x qui-

Sæculum IX. quidem jam pridem cum adultero (*)
A.C. 808. consenserunt, nec contra mutire ausi
 sunt.

Ep. 22. In alia ad eundem Simeonem Episto-
 la dicit: *Jesus Christus adulterii reum*
 Matth. 19. 9. *pronunciat, qui legitimam uxorem dimi-*
 ad Amphil. *tit, atque hoc crimen S. Basilio iudice*
homicidio & nefandis flagitiis æquiva-
tur. Iste nihilominus Principem adulter-
rum ad Altare deducens coram omni po-
pulo dicere ausus est: Conjunge, Do-
mine, Servum tuum & Famulam tuam
in una carne, secundum placitum tuum.

Platonis Et reliquas Benedictionis nuptialis pre-
 Epistolæ. ces, quas hodieque in Euchologio Gra-
 corum legimus. Deinde subjungit: *Pec-*
 Euch. fol. *catum cogitatu horrendum! Quanta in-*
 69. 70. *dignatio Spiritus Sancti in tali blasphem-*
ia! cur talia proferentem debiscens ter-
ra, quemadmodum olim Dathan & A-
viron, non subito absorpsit? Et tamen cum
istum oportuisset deslere tantum flagitium
 usque

(*) Diese Stelle giebt unser Protestant auf sei-
 ner 488. Seite also: Als Bischöffe, Priester,
 und Aebte, so muß man sich darüber nicht
 wundern. Sie sind eben so wie er Ehebre-
 cher, und keiner unter ihnen untersteht sich
 ein Wort davon zu sagen.

Dieser Uebersetzer verdienet mit seiner Arbeit
 etwas anders als das Brod. Tausend andere und
 grobe Böcke werden verschwiegen.

usque ad tempus mortis suæ, & posteris esse execrabile exemplum, jam in Ecclesiam rediit, & publice Sacerdotio fungitur, non secus ac si non facinus atrox sed rem laudabilem patrasset. Nec ideo forte fallatur, quod idem adulter fuerit & Imperator; maximi enim & infimi Legi Dei subduntur. Vel sanctior videri vult Sancto Joanne Baptista, eumque erroris accusare, quod sine causa Herodem arguerit, & stulte se ipsum morti tradiderit. Si vero factum inde excusare vult, quod illud sibi a Tarasio Patriarcha mandatum fuerit, obsecro! cur non ipse Tarasius nupturis Principibus benedixit? nam Patriarchæ fuisset Imperatoribus conjugium ineuntibus benedicere, non simplicis Sacerdotis, quod antea nunquam factum. At nec mihi nec multis aliis fidem facit, si dicat, sibi illud fuisse demandatum. Si objiciat, Sacra a Tarasio sibi non fuisse interdicta; cur ergo novem annis ad aram non fecit? Cur dicit, se in Concilio fuisse absolutum? absolvi non debet, qui nulla Censura ligatur.

Sæculum IX,
A. C. 808.

Interim Theodorus imminentem sibi suisque persecutionem haud ex vano ominatus datis ad Monachos de Saccudion litteris, quæ inter Josephum Archiepiscopum & Logothetam acta fuissent, docet, & subjungit: Exinde dies tredecim

X x 2

cim

Sæculum IX. A. C. 808. *cim effluerunt, quibus nihil ultra re-
sponsum nec interrogatum. Sed interim
bas litteras, quas adjungimus, ad Domi-
num Simeonem dedimus. Jam res hæc
ad aures Patriarchæ, & plurimorum de
Civitate delata est. Permulti commise-
ratione nostri tanguntur, & in eadem
consentiunt nobis sententia, sed sunt cul-
tores nocturni, qui in lucem prodire non
audent. Explicat deinde, quemadmo-
dum superius in Epistolis ad Simeonem,
causas ob quas a Communionem absti-
neant, hortatur Monachos ad virtutem
constantia, & admonet, ipsorum esse,
Deum pro Imperatore, pro Patriarcha,
& pro pace Ecclesiæ exorare.*

Ep. 24.

Cum quidam dicerent, oportuisse,
ut Theodorus œconomi Restitutionem
in Sacerdotium saltem ex prudentia &
conniventia dissimularet, data ad Theo-
dorum Officiorum Magistrum Epistola
explicat, quousque in materia Religio-
nis conniventia extendi possit. *Silui-
mus, inquit, quamdiu licuit. Nunc quo-
que id solum petimus: Vir depositus a
Sacris amoveatur, & statim cum Pa-
triarcha communicabimus. Sin minus,
ab ipsius Communionem abstinemus sicut
antea, soli Deo vindictam relinquentes
tanti criminis. Si plura concederemus
non amplius conniventia, sed contem-
ptus Canonum dici posset. Quippe pru-
dentia*

dentiae Regulae poscunt, quod minime igno-
 ras, ut Leges receptae nullatenus vio-
 lentur, sed nihilominus pro nata occasio-
 ne & postulante aequitate aliquid relaxe-
 tur, quo facilius ad finem tuum perve-
 nias, secus si omnia summo rigore exi-
 gas, totum perditurus. Hanc modera-
 tionem nos docuit Sanctus Paulus, quando
 se ritu Judaeorum mundavit, & Timo-
 theum circumcidit, & S. Basilius, quan-
 do Oblationem Valentis recepit, & ali-
 quamdiu omisit Spiritum Sanctum Deum
 simpliciter nominare. Neuter tamen in
 hac dissimulatione perseveravit, imo pa-
 lam professi sunt, se potius in mortem
 ire paratos. Qui hanc Regulam sequun-
 tur, & imitantur Navarchum tempore
 procellae gubernaculum paulisper averten-
 tem, nunquam errant.

Dicitis, S. Chrysostomum exemisse se
 a praeepto Canonis Apostolorum contra
 Ordinationes Simoniacas, & usum esse
 indulgentia in Episcopos sex a se deposi-
 tos. Imo S. Chrysostomus ab hoc praee-
 cepto revera non discessit, quippe illis
 omne munus Sacerdotale interdixit, &
 nihil aliud concessit, quam ut in Sanctua-
 rio communicarent. Hic longe aliud a-
 gitur. Qui adulteri nuptiis benedixit,
 sacrificat, ac si nullum facinus perpetras-
 set, & publice sacrificat, ut aliis Pres-
 byteris ejus vita exemplo sit. Quid vero
 Xx 3

Saeculum IX.

A. C. 808.

Act. 16. 5.

Sup. Lib.

XVI. §. 24.

48.

Sup. Lib.

XXI. §. 6.

Pall. p. 136.

SS. Theodo-

rus & Plato.

Socr. IV.

hist. c. 31. &

adibi. Vales.

Sæculum IX. ad nos Valentiniani bigamia pagana?
A. C. 808. num aliquis ei Benedictionem nuptialem

impertitus est? Quis SS. Patrum Valentiniani factum laudavit? Theodorus præsumit hoc factum verum esse, quia Socrati Historiæ Scriptori fidem adhibet; sed aliqui Viri eruditi hac de re dubitant. Tum prosequitur in hunc modum: *Alii quoque, quibus voluntas propria potior legibus est, similia attentarunt, quæ tamen nec Ecclesiæ nec Legibus nocent. Nemo miretur, quindecim circiter Episcopos errare potuisse; non qualibet Congregatio Episcoporum & Presbyterorum licet frequentissima eo ipso legitimum Concilium est. Convivere debent in Nomine Domini, in pace, & ad Canones confirmandos. Potestatem ligandi & solvendi pro suo arbitrio non habent, sed secundum præscriptum legum, quas transgrediendi potestatem nullam habent; nescio vero, an aliqua sint a Legibus necdum definita. Si potestas hæc arbitraria Episcopis detur, nihil prodest Evangelium & vani sunt Canones. Unusquisque tempore Pontificatus sui novus erit Evangelista, novus Apostolus, novus Legislatores. Sed absit! ad Apostolo præcipimur nihil docere, nisi quod accepimus.*

Gal. 1. 9.

Quæ Constantinopoli acciderant, Romam delata & ejusmodi coloribus depicta

depicta sunt, ut Theodori facta ibi vitu-
perio digna viderentur. Cum itaque

Sæculum IX.
A. C. 808.

Basilii Abbas ad S. Sabam Romæ, Theo-
doro veteri amicitia junctus, ipsi hac de
re acribus verbis scripsisset, Theodorus
datis responsoriis queritur, quod non
cognita causa se damnaret, & culpam
Schismatis a se amolitur iisdem argu-
mentis, quæ in aliis ipsius Epistolis oc-
currunt. In Papam satis libere stylum
mouet, quo non ratio sed dolor impel-
lit. (*) Et subjungit: *Si vero dicturi*

Xx 4 sunt

(*) Ipsius verba relata a Cardinali Baronio
hæc sunt: *De Papa autem quid ad nos, hoc
agat, an illud? qui propriis (ignosce) captus
est alis, ut dicitur. Cum enim de manifestis
Sacerdotii delictis nihil curare dixit, non qua-
lemcunque Sacerdotem, sed Caput Ecclesiæ ita
derisit, & aspernatus est, ut vel audire nos pu-
deat. Quod si id verum est, o Hierarchiam!
ceterum prudenter & sobrie quæso, moveamus
linguam adversus Capita, & ne adeo æriter
pronuntiemus.*

Hic iterum P. Balduinus incusare Fleurium,
& dicere, prudentius facturum fuisse, si ea me-
morasset, quæ idem S. Theodorus in Epistola
ad ipsum S. Pont. scripsit. Atqui memoravit
sequente Num. XLVII. *Quandoquidem Petro
Magno Christus Deus Pastoralis etiam Prin-
cipatus contulit Dignitatem &c.* quod P. Bal-
duinus dissimulat. Dicit etiam idem Censor ad
hunc

Sæculum IX. *sunt homines, ut scribis, nos, cum ab hoc*
A. C. 808. *Patriarchatu excidissimus, ut animum a-*
maritudine exoneraremus, ad aliud argu-
mentum versos fuisse, ne curet reveren-
tia tua. Novit Deus intima cordis, &
coram formidando ipsius tribunali omnes
stabimus. Deinde profitetur se Patriar-
cham & magni facere, & ut par est ve-
nerari. Ultimo ob prædivitem Eulo-
giam sibi missam Basilio gratias dicit.

I. Ep. 32.

Theodori Adversariis dicentibus, esse
 Oeconomo Sacra interdicerentur, ipsum
 tamen Patriarchæ bellum moturum,
 quod cum Oeconomo, deposito, com-
 municasset, & haud dubie etiam Patriar-
 chæ defuncti manes insectaturum, ut ab
 ista suspitione se purgaret Theodorus,
 Nicolao Chartulario, qui sæpius antea
 dissentientium animos conciliare cona-
 tus

hunc locum, quod scire percupiat, quid tandem
 Fleurius sub nomine Sacræ Sedis intelligat.
 Huic quæstioni ego ex Fleurii principiis satisfac-
 ciam. Nimirum sub nomine Sacræ Sedis intel-
 ligitur Romanus Pontifex cum Reflexione ad
 Prærogativam, a Christo Domino S. Petro &
 Successoribus ejus collatam, in quo conceptu
 Fleurius non putat definiri, quomodo S. Pon-
 tifex sit supra Concilium, aut quomodo sit in-
 fallibilis. Illud vero inde contra Protestantes
 demonstratur, Jesum Christum Ecclesiam visi-
 bilem & Hierarchicam fundasse, quæ alia quam
 Romano-Catholica esse nequit.

tus fuerat, scripsit in hunc modum: *In* Sæculum IX. *terdicatur* Oeconomo *Officium* Sacerdotale, & *Officium* Divinum cum Patriarcha, si iusserit, quilibet ordine nostro celebrabimus. *Ut* nullus dubitandi locus remaneat, quin hæc sincera mente promittamus, libellum tradimus, & consentimus, ut nisi Oeconomo suspenso statim ad *Communionem* Patriarchæ redeamus, talis quæcunque placuerit sententia in nos feratur, & de hac re amplius loqui nobis non liceat. *Nec* Angelus nec homo ad id nos compellit, sed *Deus* ipse vestra usus opera nos excitat. In hac Epistola post restitutum œconomum dicit annos tres effluxisse; unde eruitur annus octingentesimus nonus.

§. XLIII.

Concilium contra Platonem & Theodorum convocatum.

Jam anno integro gravis persecutio Platonem & Theodorum urgebat. Nihil erat minarum finis, & sæpe ad se vocatis Imperator instabat, ut repugnantes in suam adduceret sententiam. Tandem misit cohortem militum, quibus subito Monasterium Studitarum cingentibus nemo pedem efferre audebat. In illa trepidatione Monasterium intrarunt Episcopi Nicenus & Chrysopolitanus Platoni & Theodoro collocuturi, & persuasuri